

De omnibus Sanctis

declinare: et tunc asina cecidit sub pedibus eius: et hoc propter hor-
nozem mortis que signat per locum angustissimum: ubi nec ad dexteram
nec ad sinistram potuit declinare. De secundo Gen. xix. de loth que
apprehenderunt duo angeli per manum: posuerunt extra civitatem dicentes
salva aia tua. Difficillimum enim quod in medio malorum potest se a malo custo-
dire. ps. Cum sancto sanctus eris. Quod satis aptum est in petro qui in domo
cayphe ad vocem ancille christum negavit. Sed existens inter discipulos
ait: Si me oportuerit mori tecum non te negabo. De tertio Act.
xxvij. ait angelus ad paulum nocte: Ne timeas paulus cesari optet
te assistere. Sic petro angelus assistit et lumen refulsit etc. Non solum
autem in tribulatione carceris est confortatus: sed a vinculis est solutus. Nam
angelo nec porte ferree nec cathene poterant resistere. Sic quod ap-
paruit christo angelus in agonia confortatus eum: cum plerumque oraret pro tristitia
mortis sanguinem sudaret Luc. xij. De quarto ibi. Angeli eorum mem-
bro. iij. Et ibi. Quos sunt administratores spiritus. Sermones. j. mens. iij.

De omnibus sanctis

Memores estote quod salvi facti sunt propter no-
stram causam. Machab. iij. Non quod plures sunt
causae que in ecclesia festum omnium sanctorum isto die fidelibus re-
ducit ad memoriam dicens: Memores estote. Primo
propter nostram de sanctis ignorantiam. Non enim scimus numerum omnium sanctorum:
et ideo non possumus cuilibet facere festum speciale. unde Job. xxv
Quid est numerus militum eius? si stellas celi quis dinumerare potest
semen que tuum dinumerabit? Secundo propter nostram indigentiam.
Impossibile est enim multorum preces non exaudiri. Quando enim festum
facimus unius vel duorum: tunc habemus paucorum suffragium. Sed
in festo omnium sanctorum cum omnes sint advocati nostri: impossi-
bile est eos non exaudiri. unde Osee. ij. Ego exaudiam celos et illi
exaudiant terram. Levavi oculos meos in montes unde veni
et auxilium mihi. Sancti dicunt motes propter habitacionis celestis
tudinem. unde dicitur in hodierna collecta. Quisum? ut desiderata
nobis tue precationis abundantiam multiplicati intercessoribus
largiaris. Tertio propter nostram negligentiam. Multas enim negli-
gentias committimus in festis sanctorum. unde Thren. j. Viderunt
eam hostes et deriserunt sabbata sua Esa. j. Solennitates ve-
stras odiunt anima mea. Cum ergo devote festum illud agitur